

sua, sceleribus meis præponderare cœperint, tunc me purgatum leuioremque remcare, illum ponderibus suis descendere ac præcipitem agi necesse est. Quod cum Mediolani Domino renunciatum forer, exclamasse vnum ex astantibus ferunt: Seniculus ille, ex omnibus quæ habuerat, nihil præter spem sensumque retinuit: nec dum tamen tuto contemnitur: Et profectò sapienter ad utrumque responderat. Primum quod secretum eius procul ab omnium turbis ageret, in secundo enim non sapiens modò, sed vautes fuit: Siquidem non multo post, hostis exuperante nequitia, cui insolens dabant alimenta fœlicitas, illa deiecta, ipse victor rediit, in qua usque in præsentem diem, ut videmus, ipsius & nepotes dominantur & filij.

RELIGIOSVS QVIDAM.

Dictum vnum audire placuit, & referre delectat, Religiosus quidam vir spectatæ sanctitatis, ac iam senio grauis, ad insequentis diei conuiuum inuitatus: Si quid, ait, nunc ex me vultis præstosum, quid verò eras agendum sit, vos quibus vacat, cogitate: Ego enim à multis annis, craftinum non habui. Æ fœlix si ve-

t. iij.